

I I. De laicalis, vel temporalis potestatis, & hierarchia preeminentia in se ipsa, De Regnorum nempe Provinciarum, & Civitatum, Atque Regum, Principum, Baronum, Magistratum, & privatorum preeminentialibus iuribus, & qualitatibus, à nu. 39. ad 60.

I I I. De nobilitate, eiusque diversis speciebus, vel gradibus, ac effectibus, & preeminentiis exinde resultantibus, à nu. 61. ad 82.

I V. De titulis, & titulationibus, aliisque nuncupationibus, & adiectis, vel tractantibus à nu. 83. ad 92.

V. De Civitate, eiusque diversis speciebus, & effectibus, à nu. 93. ad 107.

S U M M A R I U M.

- 1 De ordine Hierarchico etiam in Culo, & in Ecclesia triumphante.
- 2 In Orbe terrestri, & in Ecclesia militante adesse debet idem ordo.
- 3 De pluribus speciebus questionum preeminentialium.
- 4 Sub nomine Ecclesie venit formalis, idest fidelium congregatio, non autem Templum materiale.
- 5 Dari potest unica Ecclesia individua in pluribus Ecclesiis materialibus, vel etiam in nulla, & n. 8.
- 6 Ecclesia Romana universalis, ancertain habeat Ecclesiam materialem.
- 7 Alia Ecclesie inferiores solent habere certam Ecclesiam materialem.
- 8 Sed possunt esse plures, & converso dari potest nulla, ut num. 5.
- 9 De pluribus speciebus Ecclesiarum.
- 10 De Metropolitana, eique duplici figura.
- 11 De Cathedrali, & de inferioribus Ecclesiis eam non agnoscentibus.
- 12 De Ecclesia matrice quemam sit.
- 13 Collegiata recentior precedit simplicem antiquiorem, & matricem.
- 14 De pluribus matricitatis speciebus.
- 15 De aliis speciebus subalternis unius speciei matricitatis.
- 16 De preeminentibus matricitatis.
- 17 An, & quando matrici decima, aliave jura reservata conferantur.
- 18 Que sit Ecclesia Parochialis.
- 19 De Ecclesia Collegiata, que exigat, & quomodo probetur.
- 20 Que sint simplices Ecclesie, & quomodo dignoscantur ab Oratoris.
- 21 De ordine preeminentiali inter dictas Ecclesiarum species.
- 22 Ecclesie Regularis sunt Collegiatae, sed simplices eas precedunt, & de ratione.
- 23 Metropolis non datur intra centum miliaria prope Urbem.
- 24 De questionibus cadentibus super Cathedralitate.
- 25 De Collegiata insigni quemam sit.
- 26 De precedantia inter dictarum Ecclesiarum Prelatos, & ministros.
- 27 Clerici, seculares omnes Regulares precedunt.
- 28 De ordine precedantia inter Regulares diversarum Religionum.
- 29 In Ecclesia Regulari ad quem pertinet officium superveneri, aliisque functiones facere.
- 30 Precedantia inter Prelatos, Dignitates, & Canonicos, ac Clericos.
- 31 De precedantia Vicarii generalis.
- 32 Quid sint Canonicos ad se aliquis constituitur in ordine Episcopali.
- 33 De questione inter Archidiaconum, & Archiepiscopum.
- 34 Unde proveniat preeminentia faciendi primarias, & pontificales functiones.
- 35 Quando consuetudini in hoc sit deferendum.

- 36 De precedantia Cardinalium supra Episcopos.
- 37 De precedantia inter Regulares.
- 38 De plurium Ecclesiarum unione, eiusque diversis speciebus.

I I.

- 39 Sub Romanis, totus pene Orbis unum constituat Principatum.
- 40 De dominis, & Principatibus, ac titulis badiernis latinalibus.
- 41 Distinguntur huiusmodi dominiorum species.
- 42 De alia distinctione feudorum, & feudatiorum.
- 43 De huiusmodi Principum, & Dominorum Officialibus, & Magistratibus.
- 44 De Magistratibus Civitatum, & locorum, seu Communitatum.
- 45 De unione Regnorum, & Principatum, & feudorum, & de diversis speciebus unionis.
- 46 De illa unione, que in Monarchia, vel Corona consideratur.
- 47 De ordine precedantia, vel preeminentiam.
- 48 De quadam accidentali prerogativa eorum, qui eandem obtinent aignitatem.
- 49 Proximitas maior Principi dignitatem, seu preeminentiam regulat.
- 50 Inter Episcopos, & Archiepiscopos non attenditur dignitas, vel antiquitas Ecclesie, sed tempus promotionis personalis, exceptis Patriarchis.
- 51 Secus inter Principes, & Titulatos, quod attenditur antiquitas tituli.
- 52 Quid inter Magistratus, & Officialis eisdem Tribunalis.
- 53 Et quid inter diversos Magistratus, diversaque Tribunalia.
- 54 De concursu Judicium civilium, & criminalium.
- 55 De gradibus, & preeminentiis inter illos de Magistratibus Civitatum.
- 56 De concursu inter nobiles, & ignobiles, vel inter eque nobiles.
- 57 De questione inter arma, & literas.
- 58 De altera questione inter nobilitatem naturalem, & acquisitam.
- 59 An actuales preferantur titularibus tantum, & de distinctione inter Ecclesiasticos, & seculares.
- 60 De preeminentia throni, vel sedis in Ecclesia.

I I I.

- 61 Quid sit nobilitas, seu quos pariat effectus, & de duobus generibus nobilitatis in universum.
- 62 De primaria Principatus supremi nobilitate.
- 63 De nobilitate Magnatium, vel Illustri quemam sit.
- 64 De nobilitate equestri, seu Cavaliorum.
- 65 De nobilitate qualificata, & generosa pro habitibus militaribus.
- 66 De generica, seu legali ordinaria privata nobilitate.
- 67 De civilitate nobilitatis orientium.
- 68 De nobilitate restricta alicuius Civitatis, vel loci.
- 69 Omnes ista species diversas habent sphaeras, vel ordines.
- 70 De nobilitate Magnatium accidentalis.
- 71 De alia nobilitate ob scientias, & literas, vel arma, & ob eorum gradus.
- 72 De nobilitate ob dignitates Ecclesiasticas, & presertim ob Canonatus in Cathedrali.
- 73 De nobilitate ex privilegio, & pura gratia.
- 74 Juris regalis est nobilitatem prohere, ideoque soli Principi competit.
- 75 De aggregationibus ad nobilitatem, quas faciunt Civitates, vel sedilia, seu platee, & adunantia nobilium.
- 76 De questione inter nobilitatem naturalem, & accidentalem.
- 77 Nobilitas amittitur ob crimina, vel ob sordida, & vitia exercitia.
- 78 Qualia sint crimina, qua nobilitatis amissionem causent.
- 79 Et quia sint mechanica exercitia, qua eundem operentur effectum, & presertim de mercatura, & agricultura.
- 80 In una, & eadem familia possunt adesse nobiles, & ignobiles.
- 81 Ignobilitas unius non judicatur familia, vel generi, & eque majoris demeriti est nobilitas, qui ignobiliter vivat, quam ipse ignobilis.

82 An ignobilitas patris, aliorumve majorum præjudicat filiis, & aliis descendentibus.

I V.

- 83 Quod in materia titulorum, & adjectorum sit procedendum cum moribus, & usibus sæculi currentis.
- 84 De titulis Illustri, Perillustri, & Illustissimi quibus conveniant.
- 85 De aliis titulis inferioribus Spectabilis, & Magnifici.
- 86 De nostrorum temporum abusu.
- 87 De stylo aliorum Tribunalium circa hostitulos, & laudatur.
- 88 Prohiberi debet usus Titulorum, & nuncupationum, que non congruant.
- 89 Potest quis alteri prohibere, ne alter proprio utatur cognomine, vel insignibus.
- 90 De prohibitione, ut non erigantur nova Congregationes, vel Capella, seu opera Ecclesiastica sub eadem nuncupatione.
- 91 De preeminentiis patronalibus, vel parochialibus.
- 92 De preeminentiis inter plures fratres, vel alios pro communi possidentes.

V.

- 93 Potest quis habere plures Civitates diversorum locorum.
- 94 Distinguntur plures species Civilitatis.
- 95 De diversis speciebus Civilitatis originaria.
- 96 An origo avita proficit, vel solum illa patris, non autem matris.
- 97 Natus casualiter, vel occasione alteri in diverso loco, habetur, ac si verè in propria patria originaria natus esset.
- 98 Dari potest in eadem persona duplex Civilitas originaria & quomodò.
- 99 An affectata, & fraudulenta natiuitas in loco inducat originariam, seu naturalem civilitatem.
- 100 De civilitate Domiciliaria.
- 101 Quomodo contra aditatur proprium domicilium.
- 102 Quandoque longa habitatio, cum requisitorum intervencione domicilium non inducit.
- 103 De civilitate ex privilegio, & ad quos pertinet eam concedere.
- 104 An solum civilitatis privilegium sufficiat sine onerum supportatione.
- 105 De civilitate ratione feudi, vel Episcopatus, vel beneficii, & officii.
- 106 Est civilitas occasionalis, que cessat, cessante causa.
- 107 De amissione, vel desertione civilitatis.

I.

De Ecclesiasticæ potestatis, & Hierarchia preeminentiis, & Ordinibus in se ipsa, nempe de Ecclesiis Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis, Matricibus, Parochialibus, & Clericorum gradibus, & iuribus, aliisque generalitatibus, seu primum alibus.

TRiumpheantis Ecclesie, celestisque Orbis ad instar, ubi Anglorum, ac Sanctorum, ipsorumque Cœlorum, & planetarum ac siderum, hierarchicus ordo habetur A; In mediantibus quoque Ecclesia, hierarchicæ Orbe, eundem hierarchicum ordinem haberi congruit, ut ita Superiori ob subdito, magis digno a minus digno, nobilibus ab ignobilibus, ac Dominus a servo distinguantur, ita iustitia, que omnium regulatrix est, exigente ratione, ut pro virtute, seu meritorum qualitate præmia, & honores, & de converso vitiis, ac demeritorum pœna ditionantur.

Plures itaque planetarum species, inter quas huiusmodi preeminentiales questiones cadunt, lex statuit, formalium scilicet, sive intellectualium, & inanimatarum, & materialium, seu particularium, & animatarum; Utraq; verò species ad instar eorum, que de foro, ac iurisdictione dicta sunt, eadem Solis, & Luna comparatione retenta, in duas pariter species, vel sphaeras respectivè distinguitur, Spirituales scilicet, sive Ecclesiasticas, sub qua Ecclesia, eamque politica corpora universalis Capitulum, & Collegiorum, aliarumque adunantiarum, singulive Prelati, Clerici, Ministri, ac servientes veniant; Alteram verò profanam, seu temporalem, sub qua Regna, Provincie, Civitates, ac loca veniunt, eamque politica universalis corpora, populi scilicet, ac Senatus, & Consilia, aliave adunantia, ac Univer-

sitates, singulive Principes, Barones, Domicelli, Magistratus, & privati.

De prima igitur specie Ecclesiarum agendo, formalibus potius, quam materialibus Ecclesiis preeminentiarum, ac iurisdictionis prerogativa congruit, vel verò etiam, ac proprio Ecclesie nomine, non ipsum materiale venit templum, quod hominum manibus edificatum est, sed Fidelium major, vel minor congregatio B. Ideoque Ecclesie unitate, in qualibet respectivè specie, firma manente, sed Fidelium materialibus locis, vel templis pro eorumdem fidelium Oratorum, divinatorumque loca Ecclesia respectu sit, que potest; Quinimò etiam, ut nulla materialis Ecclesia sit, que illam denotet, ut præsertim in omnium majori, & matre unica totius Orbis, omniumque fidelium Romana Ecclesia, que nullam habet præfata Ecclesiam materialem, que illam repræsentet, nisi eius caput Christi Vicarius, in cuius residentia loco, in qualibet Orbis terrarum parte, sit Ecclesia, ac Curia Romana ministerium adesse dicitur, quamvis ea in toto Orbe habitualiter existat, cum juxta eandem sententiam Lateranensis Basilicæ, vel juxta alteram, omnes Urbis Patriarchales Ecclesie patriarchalem Urbis Cathedralitatem, vel Patriarchalem repræsentent Ecclesiam, non autem universalem C.

Inferiores verò, ac subordinata Patriarchales, Primatiales, Metropolitanæ, & Cathedrales Ecclesie formales, que utpote inter ceteros fines restrictæ, certam materialem Ecclesiam, ab inferioribus contradistinctam, pro capitulis, vel Prælati residentia habere solent; Adhuc tamen ad certum mansuetum locum, vel domum præficiam non patiuntur restrictionem, cum tamen, eademque individua, Patriarchalis, Metropolitana, vel Cathedralis, quinimò inferior parochialis Ecclesia formalis, ex pluribus templis materialiter divisis, coequali, ac sociativo jure, ad idem corpus efformandum concurrentibus, constituitur; Idque Ecclesia individuat non præjudicat D.E. converso autem, ut nullo existente materiali manufacto Templo, quod Episcopi, vel alterius Prælati Cathedrali destinatum sit, ac deserviat, quia a fidei Catholica Ecclesia hostibus occupatum, vel alteri accidentali impedimento subiectum sit, non exinde Cathedralis, vel alterius formalis Ecclesie existentia deficit, ut plurimum Ecclesiarum praxis comprobat, E.

Præsupposita itaque in formalibus potius, quam materialibus Ecclesiis, eamque respectivè Clero, & Populo preeminentiarum questione; Atque ab ista questione inter Catholicos segregata universalis Romana Ecclesia, que tamquam omnium caput, mater, ac superior, & magistra, æqualem, vel æmulam, sive exemptam Ecclesiam non admittit, Neglectique pro potenti praxi, aliis majoribus Ecclesiis Patriarchalibus, dum ab infidelibus, & schismaticis occupata sunt; Cum pariter nullas, vel nimium rare in nostro Catholico Orbe forentes dignoscantur questiones super Primatiales Ecclesiarum preeminentiis; Hinc ad sex species secularium Ecclesiarum questiones restringuntur, Metropolitanas scilicet, Cathedrales, Matrices, Collegiatas, Parochiales, simplices.

Metropolitana duplicem in se continet speciem, vel figuram gerit, Unam scilicet simplicis Cathedralis, aliarum ad instar, intra proprios immediatos fines, sive que particularem Diocesim, in qua Prælatos, Episcopi potius alteri Metropolitanano non subiecti, ac Ordinarii loci, primæque instantie iudicis figuram facit; Et alteram Metropolitanicam, in mediatis finibus, vel in mediato territorio, quod sub provincia potius, quam Diocesis vocabulo explicatur, ut Ecclesiarum Cathedralium, que intra provincie fines existunt, & Episcoporum (quibus suffraganeorum nomen tribuitur) gravaminum, seu appellatorum, & recusatuum sit Iudex, & Superior; Ideoque inter Metropolitanam, ac Cathedrali, que intra provincie fines existentiam, ac situationem neget, vel ea non negata, exemptionem, Ecclesie Romanæ, vel protectionem Apostolica Sedis, ac immediatam subjectionem præterdat, questiones cadant.

Cathedralis autem eadem est, que in prima Metropolitana specie explicita legitur, omnium scilicet aliarum Ecclesiarum intra illius territorii, vel diocesis fines existentium, caput, mater, superior, ac magistra; Eius tamen subjectionem adhuc negare solent aliquæ Collegiatae, quibus ob exceptum, vel præsumptum Apostolicum indulgentium, concessum sit proprium habere caput, ut agendo de inferioribus Prælati in jurisdictionali materia advertitur. F.

Matrix ac dicitur Ecclesia, que omnium prima, & antiquior in loco sit, sive illa, que comparativè ad alias posteriores, quibus filii alium nomen de jure congruit, antiquior, & ma-

plures infimul unite Ecclesie sociatio, & coequali iure pariformiter per speciem confusio, vel societatis concurrant ad unam efformandam, unumque ac idem formale, vel politicum corpus constituendum, quamvis materialis divisio, ac pluralitas accedat. Et tertia in praxi frequentior inter Cathedralis ea est, quae equè principalis dicitur, ut scilicet qualibet primaviam statum, primaviamque propriam dignitatem, ac iura retinente perinde ac si verè, & propriè inter se omnino distincta forent, unus Praefulis, vel Praelati, seu Rectoris regimini, ac administrationi committantur; Quamvis etenim quoad istum dux, vel plures pro una habeantur, ut in una residendo, alterius oneri residentiali satisfaciatur, atque ad tribunal, quod in una erigat, ac teneat sub unico Generali Vicario, qui apud cum assitit, alterius finium evocet, inter ipsas tamen omnimoda dignoscitur finium, iurium, ac praeminentiarum diversitas, quam Episcopi, vel Praelati, vacante, vel impedita sede huc tenent docet praxis, ut cujuslibet Capitulum proprium deputet Vicarium, propriamque exerceat jurisdictionem, Adeoque finium, vel Diocesium diversitas illibata remanet, ut Provinciae, vel Metropolitanorum diversitas in duabus ita unitis dignoscatur; sive quod una Metropolitanorum agnoscat, altera verò ab eo exempta sit, simulque resistent effectus.

Facti vero potius, quam iuris est unio, certae & generalis proinde incapax regulae, an unius, vel alteram redolent speciem unio illa, quae de facto viget, cum a facti circumstantiis pendeat; Huius verò posteriori equè principali assitit praesumptio, cum a favorabilibus reputetur; Altera verò sit odiosa, non de facili praesumenda, L.

- a lib. 14. Miscellan. Eccles. disc. 40.
- b disc. 3. & seq. hoc tit. c. disc. 1. & 3. cum seq. hoc tit.
- d disc. 3. & seq. hoc tit. & disc. 7. c. ut supra.
- f disc. 1. & seq. de iurisd. & disc. 1. Miscellan. Eccles.
- g disc. 9. & 19. h disc. 6. i disc. 28. de Paroch.
- l disc. 9. m disc. 27. & 33. de paroch. & disc. 12. de decim.
- n tit. de Paroch. pluris.
- o tit. de benef. disc. 12. & 14.
- p disc. 21. de paroch. & disc. 1. Miscellan. Eccles.
- q d. disc. 1. Miscellan. Eccles.
- r hoc tit. disc. 24. & disc. 1. & 40. Miscellan. Eccles.
- s hoc tit. disc. 1. t ibidem.
- u disc. 2. & seq. & disc. 7. hoc tit.
- x disc. 8. hoc tit. y disc. 17. & 19. & 21. hoc tit.
- z disc. 24. hoc tit. a disc. 24. hoc tit. & disc. 1. de Regular.
- b disc. 31. & 33. de iurisd. & disc. 22. hoc tit.
- c disc. 18. hoc tit. d in Supplem. hoc tit. ad disc. 20.
- e disc. 20. hoc tit. f eod. disc. 20. hoc tit.
- g disc. 16. & 28. & 30. & sequis hoc tit.
- h disc. 34. hoc tit. i tit. de Regular. disc. 16. & seq.
- l disc. 7. hoc tit.

II.

De laicalis, vel temporalis potestatis, & hierarchie praeminentiis in se ipsa; De Regnorum nempe, Provinciarum, & Civitatum, atque Regum, Principum, Baronum, Magistratuum, & praetorum praeminentialibus iuribus, & qualitatibus.

33 A niquum independentium Regnorum, & dominiorum, seu Republicarum usum penè abolere Romani, qui post Annibalis, & aliorum victorias nimium potentes effecti, amicos, & inimicos, eadem metiendo mensura, totum ferè Orbem ad unicum deduxerunt Imperium, ab eis relictum per subordinatos Praefides, Praefectos, & Praefules, alioquin dependentes Vicarios, quibus ipsi Regnum quoque titulum aliquando tribuebant, Historicis documentibus, ut Romani Civis amicitia, vel protectio, seu clientela Reges faceret.

40 Hoc autem prius scilicet, deindeque penè aboleto Romano Imperio, antiquus revixit Republicarum, ac etiam independentium Regnorum, Principatum, & dominiorum usus, sub eodem antiquo Regio nomine, aliiq; novis, ac diversis, quae ipsi Romanis ignota fuerat, Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum vocabulis, quadam etiam fiborta subordinati domini specie, eisdem Romanis ignota, quae feudorum, & feudatariorum vocabulum habet; lite adhuc sub Iudice indentia pendente, an Longobardorum, vel Germanorum inventum sit; Aliquibus etiam antiquae Imperialis dignitatis reliquiis, ac imagine in Germaniae Imperatore adhuc remanentibus,

Plures itaque laicalis, vel temporalis potestatis, cui comparativè ad Ecclesiasticam, Lunae attributum congruit (Ecclesiasticae verò illa Solis competente) in nostro communitabili Christiano Orbe Principum, ac Dominorum, & Magistratuum species habentur; Imperatoris scilicet, Regum, & Principum, omnino independentium, Republicarum, & Feudatariorum.

Itorum verò duplex est species; eorum nempe, qui regalia verè dignitatis iura obtinent, cum iure principatus, adeoque (paucis exceptis) independentium, ac supremorum Regum, & Principum, vel praemisiss, Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum, ac etiam quandoque Regum titulis, vel vocabulis agant figuram; Et eorum, qui omnino subordinata, ac dependentia obtineant verà, & nobilia feuda, quae simpliciter Baroniam tantquam per speciem perpetuae, ac faecforiae Praefecturae constitunt, ita Principum genere ab illo Baronum distincto; Quamvis quadam honorifica, & abutiva praemisissa dignitatum, Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum nuncupatio, ex proprii Principis, directioque domini gratia, & munificencia eis quoque tribuatur, ut in feudorum sede advertitur.

42 Singulae verò huiusmodi principatum, ac dominiorum species, ad populorum regimen, & iustitiae administrationem majores, ac respectivè minores habent Magistratus, quibus Vicariorum, Praefidum, Gubernatorum, Senatorum, Consulariorum, Iudicum, & Officialium nomen congruit.

43 Altera quoque existente inferiorum laicalium Magistratum specie, quae sub Romanorum quoque Imperio, cum aevi usi habita est, quae Decurionum, & Consulariorum, vel Magistratum singularum subditarum Civitatum, & locorum aeconomicam, & civilem concernunt administrationem, sub Universitatis, vel Communitatis nomine.

44 Aliud quoque Romanorum ad instar, majus irrepit Monarchiae, seu Coronae vocabulum, plurimum inter se independentium Regnorum, ac principatum, & dominiorum sub uno, eodemque Principe, unionis significativum, ad illius Metropolitanarum, & Cathedralium, aliarumque inferiorum Ecclesiarum unionis instar, quae superius insinuata est, Eaque eisdem habet species diversas antecedenti rubrica insinuat, ut nempè alla sit unio merè subiectiva, per quam antiquum corpus, propria effentia amissa, seu annihilata, cum altero confundatur corpore, ejusque membrum fiat, Alia verò sit coequalis, & sociativa, per quam plura corpora aequè concurrant ad unum efformandum, Et alia aequè principalis, per quam singula corpora sine mixtura, vel confusione, nullave dependentia, antiquam, propriamque naturam retineant.

45 Unum tamen, eundemque habeant Principem, & Rectorem, cujus unica materialis persona plures formales, & inter se omnino distinctas constituere, seu representare dicitur, Itaque plurium dominiorum ultima unionis species sub Monarchia, vel Coronae vocabulo explicatur. M.

46 Ex his autem distinctionibus praeminentiarum inspectio manat, cum eadem proportione, quae intra Ecclesiasticam potestatem post Papam, qui socium, vel aequalem non admittit inter Parochiales, Primatiales, Metropolitanas, Cathedralis, Matrices, Collegatas, Parochiales, & simplices Ecclesias, ac privata Oratoria habetur, iuxta superioritatis, ac dependentiae respectivè proportionem, Ut Superior subditum praecedat, illique supereminat.

47 Inter illos autem, qui coequaliter in qualibet respectivè sphaera potestatem habeant, adeo ut ab altero non dependeat, antiquitatis ratio habeatur, sive illa praeminentia ordo servetur, quom majus potentia, sive consuetudo praebent, Certa tamen, ac generali desuper non cadente regula, cum Regnorum diversi mores, diversam inducant praxim, multaque inter Principes, vel Republicas adhuc sub Iudice indentia maneat majores praeminentiae quaestiones.

Ille verò inter praemisiss Regum, Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & Domicellorum ordo pro regula habeatur (à limitatioribus tamen pro dicta Regnorum diversis Imperialis, Regia secundum, illa Principis tertium, Ducum quartum, Marchionum quintum, Comitum sextum, Baronum septimum, aliorumque simplicium feudatariorum, & Domicellorum octavum; Quamvis etenim inhabitanti loci utile, vel subalternum dominium cum iure inferioris proprii, vel improprii feudi, ad differentiam Principatus, Baroniam impoertet, omneque huiusmodi inferiores, ac subordinati feudarii, & Domicelli, sub illius Principatus Baronum genere veniant; Non omnes tamen

Baronis iudicium dignitate, ac ius nuncupationis aliaque praeminentias habent, cum pro diversis Regionum, ac Principatum moribus, ipsa Baronia, dignitatis speciem quoque habeat, pro qua plurimum locorum dominium desiderat, illud verò unius, vel aliquorum non sufficit, quod tamen ex praemisiss certam, ac generalem non recipit regulam ob adeò diversos Regionum mores, & praxim.

Alia quoque pro eodem diveris praxi inter illos, qui eadem, vel coequali potantur dignitate, ac propterea antiquitate seu ordine praecedentiae statuatur, accidentaliter irrepit praerogativa, quadam redolens imaginem illius modernae praeminentiae, quam in Ecclesiastica potestate, Cardinalitia dignitas supra Patriarchalem, Archiepiscopalem, & Episcopalem obtinuit, ut scilicet illi magni Reges, qui ob plurimum Regnum, & Principatum dominium, Monarchiam fortituntur dignitatem, seu nuncupationem aliquos Primos, vel Pares, seu Magnos, secus à latere sedentes creare soleant; Ideoque majorem obtinere dicuntur praerogativa, ac praeminentiam.

49 Ordo siquidem praecedentiae aliarumque praeminentiarum ab ipso Principe regulam, seu normam recipit, ut qui sibi proximior est, dignior remotiore censetur, sicutur Solum magis, vel minus approximantium similitudine adhiberi solita. N.

50 Inter Ecclesiasticam autem, & saecularem potestatem, superior praeminentiam, vel praecedentiae ordine, illa dignoscitur differentia, quod in ipso ordine puta Archiepiscoporum, vel Episcoporum Ecclesiae antiquitas, majorve dignitas negligitur, sed intra idem genus, eundemque ordinem, promotionis personae antiquitas attenditur, O. quatuor exceptis Patriarchalibus fixum occupantibus locum, possessoris neglecta priori, vel posteriori assumptione, ut Constantinopolitanum primum, Alexandrinum secundum, Antiochenum tertium, & Hierosolymitanum quartum occupet locum.

51 In temporali verò hierarchia dignitatum diversus est ordo, ut intra ejusdem tituli, vel dignitatis possessores, non personae antiquior privilegi, vel obtentio, sed ipsius erectae dignitatis antiquitas, possessori praecedentiam, aliaque praeminentialia tribuat iura. Nisi huius antiquitatis quaestio cadente, quae indentia pendeat, possessoris major antiquitas praerogabit.

52 Inter Magistratus verò, vel Senatores, aliaque Tribunalia membra, unum politicum, sive collegiativum corpus constituntur, adeo ut idem sit manus, eademque praerogativa, dum receptionis antiquitas praeminentiam regula neglecta nominationis, vel deputationis antiquitate, nisi aliter foedate consensu, cui generaliter in hac praeminentiali materia de ferendum est. P.

53 Inter diversos autem Magistratus, ubi consuetudo desit, vel ambigua sit, ideoque ad prius regulas recurrere oporteat, eadem superius insinuata parabola Solis, ac Stellarum retentae est; sive inter Collegia, vel Tribunalia, major jurisdictionis amplitudo, ut qui ordinariam, ac universalem habeat causarum cognitionem, praeroginat deputato ad eorum certum genus; sive in utroque eadem data universitate illa praevaleat, quae magis dignum subiectum habeat; Ideoque criminales Iudices, ac Magistratus civilibus praerogandi sunt; Nisi altera praerogativa, quae in Iudicum persona accedat, regula suadeat limitationem, ut pro Romano Curiae frequentiori praxi, prelatura, aliquibus civilibus Magistratibus annexa supra criminales, qui ea carere solent, praeminentiam causet.

54 Inter illos autem subditarum Civitatum, seu Communitatum Magistratus, qui oeconomio potius, quam politico, ac jurisdictionali regimini, ab eadem subdita Civitate, vel populo praefici solent, sub Decurionum, vel Antianorum, seu Conservatorum, ac Consulariorum, aliove simili vocabulo explicari soliti; Ipsorum munus qualitas in primis attendenda est; Ubi etenim certus, ac fixus muneris locus sit assignatus, tunc per se occupantis neglecta praerogativa, ipse locus locato praeminentiam tribuit, illa verò diversitate cessante, personarum dignior qualitas praeminentiam regulat, ideoque nobilis ille, qui utramque simul junctam naturalem, & accidentalem, seu acquisitam, aut mixtam habeat, quod scilicet ille, qui natura fit nobilis, atque hierarum, vel militarem quoque nobilitatis gradum habeat, alteri solum naturalem, vel solum accidentalem nobilitatem habentem veniat praerogandi; Inter eos autem, qui aequali polleant praerogativa, aetas major praeminentiam causet; In eodem

nobilium genere, regulariter neglecta majoris, vel minoris nobilitatis quaestione, ut potè inconveniendum productiva, plus etenim, & minus speciem non variat.

57 Literarum verò, & armorum celebris praeminentialis quaestio est; Cum ea distinctione decidit dignitas, ut in literaribus, ac civilibus actibus literae primum, digniore quoque locum occupent; In militaribus autem arma, quae in mixtis, vel indifferenteribus toga, seu literis locum cedant.

58 Eadem inter utramque naturalis, & acquisitae, seu accidentalis nobilitatis quaestione cadente, cui potius locus tribui debeat; Quamvis autem theoreticè, acquisitae potius, quam naturali, dignior locus debeat esse dignoscatur, frequentior tamen praxis, de facto majorem naturalis nobilitatis existimationem producere videtur; sive cum ea distinctione quaestio decidenda est, ut in coequali specie, vel sphaera, acquisita cum literis, vel armis, utpotè meritoria persona, alteram ordinariam, seu legalem vincat naturalem nobilitatem, quae nullum praesertim personale meritum, non autem ut cum magnatibus, vel generosis, utpotè diverse hierarchie, vel sphaerae concursum habeat; Privatus etenim, seu personalis praecedentiae, seu praeminentiarum concursus inter ejusdem sphaerae, vel ordinis personas cadit, non autem ordinum diversitate accedente, dum ultimus, vel minus dignus superioris ordinis, primum, ac digniorem inferioris vincit; Ultimatum tamen illi nobilitati praerobendo locum, quae non ex virtutis personali merito, sed ex Principis gratia, vel privilegio manat. Q.

59 Utriusque item Ecclesiasticae, & laicalis potestatis, vel hierarchie, alia quoque dignoscitur differentia; In Ecclesiastica siquidem semel obtenta dignitas, quae indelebilem imprimat characterem, Patriarchalis scilicet, Archiepiscopalis, & Episcopalis, eundem occupat, & retinet locum, quem semel obtinuit, quamvis administratio, vel actualis possessio ex voluntaria dimissione, sive ex necessario impedimento desit, quia nempe ab infidelibus, vel haereticis, seu schismaticis occupata Ecclesia, titularis tantum, spectato effectu, dignitas remaneat, ut iuxta Pontificiae Capellae ordinem antiquior juniori actuali Ecclesiam habenti praerogatur; Alioquin non improbabili dubitandi ratione cadente in illis, qui titularibus Metropolitanis, vel Cathedralibus Ecclesiis insigniti, alterius actualis Archiepiscopi, vel Episcopi servitorium, vel ministeriale manus gerant. R.

In temporalibus verò Regum, Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, & Baronum, ac Senatorum, & Consulariorum, alioquin similibus dignitatibus, solus titulus absq; administratione, sive ex privilegio obtineatur, sive pro prima actuali obtenta, posteaque dimissa administratione retineatur post aduales locum occupat; Regionum tamen, seu locorum semper salva consuetudine huiusmodi quaestio numerum Iudice meliori. S.

60 Eiusdem laicalis potestatis praeminentia quaestiones parit, ubi extra propriam jurisdictionem in Ecclesiis, vel in Ecclesiasticis functionibus à laicali potestate exemptis sit concursus, an aliquam supra alios praeminentiam obtinere debeat, Decet namque Magistratus, ac publicas personas à privatis differre, atque à reliquo populo distingui; Pro majori verò, vel minori praerogativa, seu modo distinguendi, id quaestio ab Ecclesiasticis ritibus, vel à legitima consuetudine, quae per Ecclesiam non improbat, sit, recipiens decisionem, ut praerogativa in throno elato, vel honorifica sede, an Principis, vel Baroni, vel Magistratui debeat, frequens praxis docet, id quoque certam, ac generalem non habet regulam, sed pariter à consuetudine per Ecclesiam non improbat, sive de iure ipsarum Ecclesiarum dignitate, & praerogativa decisionem recipit. T.

- m disc. 29. hoc tit. n in Supplem. hoc tit. pluris.
- o disc. 16. hoc tit. p disc. 28. hoc tit.
- q disc. 35. hoc tit. r d. disc. 16. hoc tit.
- s tit. de feud. disc. 84. & in Supplem.
- t disc. 26. 27. & 30. hoc tit.

III.

De nobilitate ejusque diversis speciebus, vel gradibus, ac effectibus, & praeminentiis exinde resultantibus.

61 Quamvis nobilitas in genere natura, vel virtutis donum sit, quod idem humanum genus distinguit, ut eos qui illa fulgentiis, qui ea careant, majores, dignioresque reddat, atque aliquorum faciat bonorum capaces, quorum incapaces censentur ignobiles; Quamplures tamen ejusdem generis, singulorumque generum species, vel sphaerae habentur

tur eodem modo, quo in utraque Ecclesiastica, & seculari generica hierarchia, ordinum, ac dignitatum habentur distinctiones. Prima etenim, ac generica nobilitatis distinctio est, que duo constituit genera, naturalis nempe unum, Et acquirita, five accidentalis alterum.

Naturale verò genus plures habet species, quarum prima, omniumque major est ea nobilitas, quam supremum, & absolutum principatus producti, semper etenim habentur, non agnoscit, neque aliena subditio est potestati quodlibet subditio dignior est censendus, naturali neglecta majori prerogativa, vel antiquitate, majorumque gradibus, & honoribus, quibus subdita familia præfulgeat.

Secundum occupat locum ea nobilitas, que magnatida, atque legaliter illustris dicitur; Magnatum scilicet, ac Illustrum virorum, qui cum antiquis dominis, antiquisve Principis, Ducis, Marchionis, vel Comitis dignitatibus, primam post supremum Principem figuram faciunt, ipsiusque Reipublice nobile corpus efformant, ubique tamen hominum opinione inter Illustrum, & Magnatum antiquorum habeant existimationem.

Quamvis etenim in propria ejus, qui dignitates conferunt, vel principatu, ipsius dignitatis qualitas, pariformes in Consulibus, & Parliamentis, aliisque magnatibus ordinis nobilitatis, neglecta possessione personalis qualitate, five afectionibus antiquitate, producat effectus, & prerogativas, antiquitate aliquam præcedentiam in eodem ordine solum producat, ideoque primi, ac magnatibus ordinis ita censentur antiqui, ac moderni Principes, Duces, Marchiones, & Comites, Cardinalitatis, Patriarchalis, Archiepiscopalis, & Episcopalis dignitatum ad instar; Legis tamen, five artificialis, ac facta hæc magnatida nobilitas censenda est, intra jurisdictionem scilicet illius Principis, qui dignitates conferunt ad legales effectus operativam, non autem pro existimatione in universum cum non subditis, ac extra eam ditionem; Ideoque inter artificiales, vel accidentales generis species potius recensenda est, atque in ea occupat locum, non autem in hoc genere naturalis; Ea etenim proprie sub hac sphaera cadit magnatida nobilitas, quam talis existimationis Hierosolymitana Religio habet, ut Magnatum hujusmodi illegitimis liberis nobilis reputet, atque ad habitum Justitiæ admittat.

Tertium ea naturalis nobilitas locum occupat, que à præcedenti illustri, seu magnatida pendet, diversamque superiorem, super sequentem qualitatam, seu generosam speciem, seu sphaeram constituit, & quam communis modernis loquendi usus, equestris appellat, talique sphaera nobilitatis, Equitum vulgo Cavaliorum nomen, vel titulum congruit; A magnatum nempe secundogenitis dependentiam habent, five à primogenitis, magnatida dignitate amissa, five ubi eadem magnatida dignitas non addit, illustrum in armis, & literis virorum continuatove, & amplo, longove progressu, ac antiquo splendore illustrem reddentibus familiam, que publicæ, ac notoriæ speciem quoque habeat.

Quartum, ea naturalis privata nobilitas locum occupat, que supra legalem longè magis qualificata sit, eique ad ordinem, seu legalem differentiam generosa vocabulum tribuitur, & congruit, eave ad præfatam Hierosolymitanæ Religionis, à qua relicta similes militiæ normam accipiunt; Justitiæ habitum obtinendum sufficiens, ac respectivè necessaria reputatur; Eaque dicitur, que ex omnibus quatuor, patris, matris, ac utriusque paternæ, & maternæ avie lateribus confluet, atque immemorabilem habeat nobilitatis vitam, famam, ac existimationem, sordidique, ac mechanici exercitii memoriam non habeat, immemorabilemque cognitorum insignium, vel armorum, nobilium familiarum ad instar admixtum quoque usum possideat.

Quintum occupat locum illa ordinaria, seu legalis nobilitas, que pro nobilibus Civitatis, vel loci Magistratibus, & muneribus, aliisque nobilium legalibus prerogativis, illa præsertim exemptionis à servitiis, aliisque sordidis muneribus personalibus, ac popularium, & ignobilium penis competit.

Ex paterno autem latere ista nobilitas regulam accipit, matris, ac utriusque avie ignobilitate neglecta; Eonverso vero matris, & aviarum nobilitas, ignobilium patrem habent non prodest, cum legales regule in eis, que nobilitatem conferunt, paternam spectari debere conditionem stantur, in libertate vero, vel servitute, maternam.

Hinc itaque legali, ac generice nobilitati proprie ac generice antiquorum philosophorum definitio congruit, quod longa divitiarum possessio, seu continuatio sit, atque patris, & avi ejus vivendi forma sufficiens reputetur, magis vero si antiquior sit.

Ultimum demum in hoc naturalis nobilitatis genere occupat locum illa species, que est juridicam non redolet nobilitatem, ejus tamen aliquam habet imaginem pro minoribus esse debet, vel prerogativam, ac præsertim exemptionis à vilibus, ac sordidis r. vitibus personalibus, illaque merè personali collecta, cui capitationis nomen congruit, per solos ignobiles, ac plebeos solvenda, quia nobilitate viventes, in divitiarum statu sue posteritatem naturalem præparant nobilitatem, eive quoddam præbent in initium sub civium, vel civilium, seu nobilitate viventium nomine, seu vocabulo explicari soliti; juxta varios Regionum mores, qui uniformem generalem regulam excludunt; In aliquibus etenim Hispaniarum partibus, etiam qualificata, generoseve nobilitatis viri, sub hoc civium honoratorum, vel divinum hominum nomine, seu vocabulo explicantur, quod in Italia longè diversam habet significationem, vel effectum parit.

Altera quoque pro Regionum, seu locorum moribus, habetur nobilitatis species, que restricta dicitur, aliquarum, nempe Civitatis familiarium, quibus ejusdem Civitatis, vel loci publica nobilia munera, & Magistratus privative congruant; Aliis verò quamvis generosa, imò equestris, vel magnatida nobilitate pollent, denegatur.

Inter omnes vero recensitas species neque uniformis est existimatio, sed ea major, vel minor est pro Ditionum, seu Principatum, ac respectivè Civitatum, & locorum qualitate; Eadem etenim non est præminentia, ac existimatio Regum, & supremorum Principum magni Regni, vel Principatus, magnæve Monarchiæ, vel potentia, ut est exigui, vel mediocris; Eademve proportio est in secunda Magnatum specie; Ut etiam in tertia, & quarta, major est nobilium Regiæ, seu Metropolitanæ, quam Inferioris Civitatis prerogativa; Atque inter inferiores æque subditas Civitates diverse dignoscuntur Classes majores, & minores, Quinimò etiam inter æquales nobilitates dignoscitur differentia inter illas, que nobilium à popularibus formalem habeant separationem, ac etiam earum, que sub immediata Regis, vel supremi Principis superioritate, ac regimine sint; Ac earum que baronalem, seu feudalem patiantur servitutem; five ubi de Civitatibus, vel Oppidibus, & Castris discretè agatur; Quamvis etenim in proprio loco inter easdem nobiles, & populares eadem sit proportio, longè tamen diversa existimatio est, longèque diversi manant effectus ex ipsorum locorum majori, vel digniori qualitate. T

Alterum accidentalis, vel acquirite nobilitatis genus, diversatum quoque specierum patitur divisionem; Ea primum occupant locum, quam noviter obtenta Cardinalitatis, vel Episcopalis Ecclesiastica dignitas, aut ea prophana impotria, & abusiva Principum, Ducum, Marchionum, Comitum & Baronum dignitas, que subditis, ac subordinatis fidei commissariis concedi solet, & que ubi antiqua sit, supra recensitam secundum naturalis nobilitatis gradum constituit, five altera Senatoria primi ordinis Consiliatorum Principis à latere assistentium; Vel majorum, ac supremorum militiæ, & exercitus Ducum.

Alteri minoris gradus est ea, quam literarum, vel armorum virtus, vel meritum producat, quoties nullus accedat gradus, vel dignitas; Istocque casu, antiquiorum (scholasticè potius, quam forensis intrans questiones, an practicus professoribus ita facultarum nobilitas congruat, & an in eis nimia excellentia requiratur; Gradus tamen Doctoris, vel Ducis militum, hujusmodi quatuorum occasione remover, dum ipse gradus utpote ex Principis mediata, vel immediata autoritate collatus, speciem dignitatis redolens, hunc operatur effectum, etiam in medicina, scientiæ tamen facultate, que inter omnes magis mechanicum admixtum habet opus; Sola facultate sine gradu nobilitatem non pariente, nisi magna excellentie metam obviat, V.

In hac specie accidentibus sicut majoris, ac minoris existimationis gradibus, qui in altera naturalis nobilitatis specie insinuantur, ob excellentiam, vel majorem, ac respectivè minorem dignitatem, seu Magistratus, & munera.

Eundem effectum, quem hujusmodi literarum, vel militaris gradus operantur, inducunt quoque ecclesiastica Dignitates Episcopatu inferioris, ac præsertim Cathedralium Canonice recententur, utpote Senatoriæ, ac jurisdictionalis Dignitatis speciem redolentes, dum Canonici cum Episcopo cathedralium corpus, vel Senatorie formam X. Eundem operantibus effectum similibus Dignitatibus, vel muneribus pro locorum, ac Regionum moribus, quibus deferendum est.

Postremo, ea nobilitatis species locum occupat, que merè privilegiativa, & absque literario, vel militari merito pertinet.

ro personalis, sed ex mera gratia, & Principis privilegio obveniat, ut in aliquibus Principum infimis, ac mechanicis familiaribus, five in aliquibus in arte excellentibus; Et quoad ob vitiorum excellentiam, que sapientis apud Principes, & magnates magis præminet, praxis docet. Y.

Soli autem supremo Principi, vel cui ipse concesserit, non autem Baronibus, & Domicellis, vel Subditis Civitatibus, aliisque Magistratibus, nobiles creandi facultas competit, cum de Regalibus hæc potestas censeatur; Solum etenim Principi conceditur hæc, veritatis vim, ac operationem tribuere, atque ita personæ statum immutare, ac specie nobilitatis, quam subditi Barones, & Domicelli, vel subdite Civitates conferunt, ad effectus ipsi Collatori præjudiciales suffragante. Z.

Quamvis autem frequens doceat praxis, ut subdite Civitates, vel aliquæ nobilium Universitates, & adunantia, que sub sedulium, vel platearum, five Collegiorum, aliisque similibus vocabulis explicantur, ad nobilitatem personarum, ac familiarum faciunt aggregationes, ex Principis tamen, explicito id provenit privilegio, vel ex eo implicito, quod immemorabilis consuetudo producat; Sive ut id nobilitatis, que alias desit, collationem non importet, potius verò veritatis, ac justitiæ agnitionem redoleat, ita in eorum cetera admittendo eos, qui ex natura, vel ex accidenti jam nobiles essent, quamvis in illa Universitate, ejusque muneribus, ac peculiaribus prerogativis jus non habent; Ideoque non est nobilitatem ex integro conferre, neque cum, qui natura ignobilitas esset, nobilem creare, cum id ut præmissum est) supreme tantum sit potestatis, que factum efficere potest verum; Principatum tamen, ac locorum moribus desuper universam hæc materiam regulantibus. A.

Præcedenti verò actum est Rubrica majoris prerogativæ, ac existimationis, an accidentalis, vel naturalis nobilitati potius debita est.

Sicuti autem omne vinculum, eo modo quo ligatum est, solvitur, omneque edificatum ab eodem edificante, facilius quam ab altera manu demolitur, ita nobilitas, que jam quæsitæ sit, amittitur, ac degenerat ex vitio, ac indignitatibus, que oppositæ sint virtutibus, que nobilitatem vitæ sunt destructiva, idcirco ille, quem natura, vel gradus, nobilem reddidit, idcirco delicto, five vitio exercitio ignobilitas evadit, ignobiliumque more censendus est. B.

Non omne tamen crimen, vel vitium, hanc producat effectum, sed illud, quod locorum leges, vel mores tale reputant; Præsertim verò, pro magis conformibus Nationum, seu Regionum moribus, futurum, & gratiosum, ac assiduum in figura mandatarum, non autem mandantis, atque utraque divina, & humana læta Majestas, hunc producat effectum. Minusque omne mechanicum exercitium hanc facit operationem, sed illud quod pro moribus Regionis, solis ignobilitas, ac plebeis congruum, nobilitatem verò omnino incongruum reputatur; Idcirco certam, ac generalem non recipit regulam, cum apud alias gentes, vel nationes, ex recepta, probataque consuetudine, etiam sordida mercatura, vel agricultura exercitium in re propria, cum ipsam qualificata equestris, vel generosa nobilitate comparabile reputetur; Apud alias vero omnino abhorritum, ac damnabile sit, ideoque moribus defendendum venit. C.

Juris autem, ac Juristarum attentis regulis, ac traditionibus, Agricultura conducticia, & in re aliena, non autem in re propria nobilitati præjudicatur; Mercatura verò parva, & mechanica, que per se ipsam, non autem magna, & intellectualis, vel per scripturam, cujus exercitium per famulos, ac ministros habeatur. D.

In una, eademque familia, que unum habeat stipitem, nobilium, ac ignobilium compatibilis concursus practicabilis est, ut una linea, vel colonnellæ nobilitate, alter vero ignobiliter vixerit, vel quod ejusdem lineæ personæ diversam habeant vivendi normam. E.

Singularium vero personarum dignitas, generis, vel familiaris nobilitati, nullum parit præjudicium, quod ipsius tantum indigni erit, ut ab eis excludatur honoribus, ac privilegiis, & favoribus, quibus natura, vel majorum merita, seu Principis gratia cum vestitur, ipse vero se poluit. F.

Majoris vero demeriti ille censendus est, qui in statu nobili natus, ignobilem ducit vitam, ignobilique mores habet, quam ille, qui à natura, vel fortuna, hoc beneficio est destitutus; Ille siquidem excusatione dignus censendus est, si per eam majorum viam ambulat, quam invenit; Ille verò bonam, ac nobilem à majoribus sibi paratam habens viam, eam deserit, ignobilemque, ac deteriori indigne eligit. F.

Patris autem ignobilitatem filius non obesse, communis est Juristarum sensus, uti avita potius nobilia, quam paternam ignobilitatem vestigia sequantur, sicuti etenim in fideicommissis, vel gentilibus patronatibus, ac juribus, vel iuris à Patre distracta, vel neglecta recuperare, majorumque statum restituere, sibi obesse non deservitibus patris, aliorumve prædecessorum culpis, ac præjudiciis; Ita eadem impellente ratione, in hac nobilitatis prerogativa dicendum est, Nisi etiam Avi, aliorumve majorum, longa, & continuata ignobilitas, eodem modo, quo quaerita est, in toto abolevit genere; Idcirco certam, ac generalem non recipit regulam, cum ab illidem Regionum moribus, aliisque circumstantiis normam, seu decisionem recipiat. G.

T. disc. 32. cum tribus seqq. hoc vit. & in Supplem. V. disc. 35. X. eod. disc. 35. Y. ibid. Z. disc. 30. & seqq. & 35. A. ut supra. B. eodem disc. 35. C. disc. 32. & seqq. D. ibid. E. ibid. & ut de jurepatr. disc. 31. F. d. disc. 35. G. disc. 33. & seqq. & d. disc. 31. de jurepatr.

IV.

De titulis, & intulacionibus, aliisque nuncupationibus, & adiectis, vel tractatibus.

Regalium regularum incapax, ista titulorum, seu nuncupationum, & adjectorum materia videtur, cum locorum, & Regionum usus, vel abusus, temporumque conditiones totum faciunt; Ipsa nostra ætate maximam desuper edoceante alteratione, ideoque locorum moribus deferendum est; Evidensque reputatur error eorum, qui cum antiquis moribus, vel formulariis, moderna volunt regulare tempora; Currentibus etenim moribus obediendum esse edocemur, non autem ex oblivionis sepulchris suscitanda ea, que jam antiquata sint.

Civilium autem, seu Romanorum legum dispositione contenta, five earum antiquorum Interpretum, & professorum spectato sensu, Illustris viri titulus, magnatibus tantum, qui Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum dignitate abusuam, saltem habeant, conceditur; Illo periculosis Regibus, ac Supremis Principibus, five Regnorum Vicariis, supremisve moderatores, antiquorum Proconsulum, & Prefectorum figuram gerentibus, vix concessio; Illo autem superlativo, quod Illustrissimus dicitur, solis Papæ, & Imperatori reservatis.

Eo vero spectabilis, aliquibus magnis, primique Ordinis Senatoribus, & Magistratibus congruo; Altero autem, Magister, qualificatis, ac generosis nobilibus, aliisque qualificatorum Magistratuum, five literarum, vel militarem habentibus gradum competente. H.

Hinc itaque, quam magna morum, ac temporum sit mutatio, edocemur, dum illum, qui solus Pontificis, ac Imperialis dignitatis titulus erat, pro nostri sæculi moribus ratione quidem dignis, illæ usurpant personæ, quibus vix Magister congruat intulatio.

Alia tamen Tribunalia juridicum morem laudabiliter conservant, ut Illustris titulus Solis Magnatibus, Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum dignitate conspicui tribuatur; Ille spectabilis, majoribus, ac primariis Senatoribus, Magistratibus, & Consiliariis, qui à Principis, vel Supremi Vicarii latere sedent; Ille vero Magister, Consiliariis, aliisque magnorum Tribunalium Judicibus, & Magistratibus, ac etiam Advocatis, illique solum qualificatis viris, qui equestris, vel generosa nobilitate fulgeant; Idcirco in judicialibus nimia quidem commendatione dignum censendum est; Deducet namque Judices, qui vice ac nomine Principis, vel Reipublice loquuntur, sæculi corruptos, & contemptibiles mores, vel abusus, ac illicitas, & temerarias nuncupationes canonizare, & sequi. I.

De jure etenim indebitis, five incongruis titulis, & nuncupationes asumentibus interdendum est; Atque leges desuper proferri hanc referant licentiam, commendabile reputatur. L.

Cognominis, vel familiaris, five alterius adiecti, vel stemmatum, five armorum, & insignium novus usus ab aliquo assumptus, ab eo, qui antiquiore illius cognominis, vel adiecti, seu insignium antiquiore usum jam obtinet, Judicis officium, & autoritatem implorante, interdici potest, ob gravia præjudicia, que nobilitati, aliisque præminentis antiqui possessoris ita manare solent. M.

In Ecclesiastica quoque hierarchia ex eadem, vel similitudine

90 tione præjudici eadem jam ab aliqua Ecclesia, vel Ecclesia, seu pia Universitate, aut à Capella, vel Altari, assumpta nuncupatio, alteri Ecclesie, vel Capellæ, sive Altari, aut Universitati, vel Congregationi prohiberi potest. N.

91 Patronorum vero præminentia, in patronata Ecclesia, vel Capella, sub jure patronatus peculiari cadunt sedes; siamque pariter sedem habent parochiales, vel capitulares, alique similes.

92 Fratrum quoque, aliorumve sociorum, vel consortium, individuum rem, vel jus pro communi possidentium præeminentiales quaestiones foris audire solet in retentione, puta, clavium, vel scripturarum, aliorumve jurium exercitio, quod sub præmissa patronatum, ac altera hæredum sedibus cadit.

H disc. 30. I d. disc. 30. L. ibid. M. disc. 10. hoc tit. & in Supplem. tit. de Regular. disc. 21. & 31. & 32. N d. disc. 10. hoc tit. disc. 31. & 32. de Regular.

V.

De Civilitate, ejusque diversis speciebus, ac effectibus.

93 Plures, diversasque locorum civilitates, ab eadem persona eodem tempore obtineri, legi concedit, pro eo plerumque formalium personarum etiam incompatibilium concursu, quem eadem lex in eadem persona materiali, pro respectu diversitatis admittit. O.

94 Ideoque plures habentur civilitatis species; Una scilicet naturalis, quæ sub originariæ vocabulo dicitur; Altera accidentalis, vel acquisita, quæ domiciliaria dicitur; Et altera pariter accidentalis, vel acquisita, quæ privilegiativa, sive occasionalis sit.

95 Naturalis autem, sive originaria, plures quoque subalternas habet species; Una siquidem omnino vera, & propria, tam legalis, quam naturalis est, quæ propriam, ac parentis originem in loco habet, adeo ut nulla legis fictio, vel supplementum accedat; Altera pariter magis naturalis, minorem habens fictionem, ea est, quæ ex propria nativitate, ab eo extero patre, qui domiciliariam jam contraxerit in loco civilitatem, proveniat.

Tertia, quæ naturæ, & veritatis, in propria persona, & ex propria nativitate in loco, fomentum habeat, ex extero tamen patre, casualiter, vel occasionaliter sequuta.

96 Et quarta ea, quæ majorem habet legis fictionem, quia nempe in propria persona, propriæ nativitate, naturalis desit veritas, originariam vero, civica paterna qualitas filio eandem tribuit originariam civilitatem, illa matris nobilitatis ad instar hunc non producente effectum.

97 Quæstione cadente, an avita origo, eundem operetur effectum; Idque ex Regionum moribus, factivè circumstantiis decisionem expectat; Ex ea potissimum distinctione, an diversis loci nativitas causativa, vel occasionalis dici mereatur, quia nempe pater alivè majores, non ut domicilium, propria neglecta originaria patria contraherent, ibi morari contingat, sed officii feudis, mercature, aula, vel professionis, seu artis occasione.

98 Ito etenim casu, originaria civilitas magis retineri dicitur, ut alibi occasionaliter natus, ac si vere, & propriè in originaria patria natus esset habendus veniat, quamvis longè in diverso loco fuerit mora majorum natales quoque ibi habentium P. In altero vero casu, formalis domicilium, cum omnimoda, vel aliqua originariæ patriæ desertione, su per avita, vel antiquiori originariæ æqualitatis transmissione, major viget quaestio, à Regionum moribus pariter decidenda. Q.

Hinc duplicem quoque originariam qualitatem in eadem persona concurrere sequitur; Unam scilicet propriam, Alteram vero parentis, quamvis etenim occasionaliter, vel causative extra patriam in diverso loco natus, habeatur, ac si vere, & propriè in ipsa patria natales habuerit; Adhuc tamen nature beneficium sibi non est denegandum, ut originarius Civis illius loci dici mereatur, ubi vere natus est.

99 Dubitandi ratione cadente, ubi affectata sit nativitas, quæ fraudis redoleat suspicionem, quia nempe uxorem quis habeat in propria patria prægnantem, ad Metropolitanicam, vel Regiam, seu alias magis qualificatam, & privilegiatam ducat Civitatem, ut ibi edendus partus, illius Civitatis favoribus, ac privilegiis potatur, ad patriam reversurus; Idque varias habet sententias, probabilior vero ea videtur, quæ magis favorabilis est, pro competentia illorum favorum, ac privilegiorum, quæ jus tertii directe non tollant, neque odium redoleant.

Domiciliaria civilitas ea est, quæ per exterym in alie-

FINIS LIBRI TERTII.

na patria eligentem domicilium acquiratur; Eaque ubi quaestio sit, eisdem favorabiles, ac odiosos operatur effectus, quos ipsa originaria, seu naturalis civilitas producit, cum ei assimilata sit, nisi munerum qualitas veram, ac naturalem pro loci moribus, vel legibus exigat, istamque fictam non admittat.

100 Majores autem fori quaestiones hanc percutiunt veri domicilii acquisitionem, quando scilicet ea sequuta dicitur, pro consueta opinionum scissura, variis variis sententibus; Aliqui etenim decennalem ad minus desiderant habitationem; Alii ista non contenti, bonorum stabilitum acquisitionem, ac uxoris susceptionem, onerumque supportationem exigunt; Probabilior verò est, ut facti potius, ac voluntatis, quam juris quaestio sit, ideoque certam, ac uniformem non recipiat regulam, solitumque sit pragmaticorum error, cum generalitatibus, vel cum particularium casuum rebus judicatis desuper procedere, cum vere ex singulorum casuum qualitate, & circumstantiis, voluntatem includentibus decisio pendat.

101 Longa siquidem, imo longissima, diuturnaque mora, cum uxoris susceptione, liberorumque procreatione, atque bonorum notabili acquisitione, pro frequenti praxi, dantur quoque in illis, qui muneris, vel feudis, seu mercature, vel aula, seu professionis occasione, in eo loco morentur; Non tamen exinde domicilium contrahant; Et è converso brevi incolatu, cum expressa animi declaratione, Civitorumque onerum, vel munerum susceptione, ac respectiva admissione, verus quis effectatur domiciliarius, Ideoque Judicis prudenti arbitrio, ex facti circumstantiis pro personarum qualitate, præsertim vero pro Regionum, seu locorum diversis moribus regulando, commissa res est.

102 Tertia magis ficta civilitas est ea, quæ mere privilegiativa sit, & quam pro generali regula nobilitatis ad instar, solus Princeps concedit, eaque de Regalibus reputatur; Solius etenim supremæ potestatis est, fictum reddere verum, atque veri operationem ficto tribuere, Subditis vero Civitatibus, vel Dominis, Supremi Principis Indulto cessante, eam solum tribuere conceditur civilitatem, quæ concedenti, ac que ab eo dependentibus præjudicat, non autem, ut personæ statum in omnibus firmet.

103 Quæstione cadente, cum consueta opinionum scissura, & varietate, an ad civicos favorabiles effectus, solum privilegium ejus, qui concedere valeat, sufficiens censendum sit, ab eoque onerum supportatione, vel potius ista necessaria sit; Istaque facti potius, quam juris quaestio quoque dicenda est, ex privilegii tenore, & concedentis potestate, sive ab ea interpretatione, quam observantia dederit, vel à locorum legibus, ac moribus decidenda.

104 Altera quoque ficta, seu occasionalis datur civilitatis species, quæ à loci dominio, vel feudo, sive à beneficio, vel officio resultat; Feudatarius etenim, & Baro, seu Dominus, in illis, quæ feudum, vel dominium loci concernunt, non autem in aliis, quæ diverso, ac privato jure in eodem loco possideant, primus dicitur Civis, quamvis originaria, vel domiciliaria civilitas desit; Idemque fortius in Episcopo in universa Diocesi, in illis, quæ Episcopalem Dignitatem; vel Episcopalis Mensæ jura concernunt; Et in Cathedralis Canonici, ac dignitatibus, & respectivè in locorum Parochis, sive in loci Judicibus, & Magistratibus; Occasionalis verò dicitur, ut potè causa, vel occasione durante, solum habens durationem, Adhuc tamen certæ, ac uniformis regulæ materia incapax censenda est, ex Regionum, seu locorum diversis legibus, vel moribus recipiens decisionem, quæ pro effectu quoque diversa qualitate, diversa esse solet.

105 Facti quoque, ac voluntatis potius quam juris, eandem recipiens normam, vel decisionem, ex particularium casuum circumstantiis, ac Regionum, seu locorum moribus, opposita est quaestio; in omnium præmissarum civilitatum declaratione, seu admissione; Quamvis etenim pro consueta pragmaticorum præsertim ineptia, eodem dignoscatur opinionum scissura, multæque desuper habeantur formalitates, ac generalitates, cum quibus legulei cui vulgi turba procedere solet, civicum statum, vel civicos diversis loci actus ponderando, errorem tamen id continet, ob superius enunciatum plurimum civilitatem compatibilem concursum; Ideoque eisdem Judicis arbitrio res commissa est, ex casuum circumstantiis, & argumentis regulando, potissime vero ex dicto, vel locorum legibus, vel moribus, atque ex effectu quoque magis, vel minus præjudicialium qualitate.

O disc. 36. & seq. & disc. 104. de Regal.

P locis supra citatis.

Q ibidem.

